

exprimatur, non ad sensum; vocibus Latinis incapaci-
 bus Phœnicii nexus atque ponderis existentibus, fieri
 profectò nequit, ut genuina verborum Trismegisti vis
 appareat liquidò Phœnicum dialectum non callenti.
 Cæterùm incommodis hinc emergentibus mederi tan-
 dem cupiens, ut voluntati complurium Hermeticæ Sa-
 pientiæ admiratorum responderem, adornavi noviter
 juvenilem Tabulæ ejus in pristinum idioma PHOENI-
 CIO-EBRAICUM translationem. Quâ, cum è vestigiis
 Latinæ versionis verbum verbo reddens, à structura
 Ebræorum ac Phœnicû adeò non aberrarem, ut potius,
 quò pertinacius Latino textui adhæsi, eò proprius ad
 sacri sermonis Phœniciiq; proprietatem elegantiamq;
 accederem; visus sum mihi omnia, certè pleraq; repe-
 riisse verba, quæ nativa Tabulæ, peregrinis commuta-
 visset simplicis ingenii vetustas. Quorum deinde ad
 præscriptum novam & Latinam & Germanicam ver-
 sionem composui; adjecto extemporalis in easdem
 Commentariolo. Sed hæc, & quæ antea dixi cun-
 cta exasciato judicio Tuo, EMINENTISSIME POTEN-
 TISSIMEQUE PRINCEPS ELECTOR, humillimo animo
 committo. Enimverò TIBI, Principum Germaniæ
 nostræ facilè maximo, ter maximi quondam HERME-
 TIS pretiosam è Smaragdo tabulam, abs me nunc depo-
 litam sisto. TIBI inquam. Ita namq; ipse TRISME-
 GISTUS velle, imò jubere videbatur, ut quæ Potentissi-
 mus ipse Princeps, Germanorum parens, primariusq;
 conditor, summus Phœnicum Ægyptiorumq; Archi-
 Episcopus, Archi-Cancellarius atq; Elector Regum,
 Chemiæ deniq; inventor, Phœniciâ dialecto de Secre-
 torum Naturæ maximo reliquit, si quando superato situ
 gratæ posteritati transcribenda forent, fulta exirent
 patro-

patro-